

ryllus est, cui figura cylindri, & color cæruleus dilutus conuenient. Decebit etiam singulas linea latiuscula aurei coloris ambiri, auro enim in Rationali inclusæ erant. Postremò cū distincta sint spacia quinque transuersa, coloribus totidē, vt in Sacris præcipiuntur, exornari poterunt: Spaciū primum siue supremum, purpureo, si uerubro cui aliquid nigri admixtum sit. Secundum, hyacinthino siue ianthino, qualis in viola Martia est, aut paulò saturatior ad cæruleum verges. Tertium, aureo. Quartum, puniceo siue cocci, id est, scarlati vulgo dicti colore. Quintum, byssino. est autem byssi color splendidus, auroque similis, sed dilutior. Denique gémæ ij. in utroque humero, cum Onyches sint, eodem cum duodecima gemma calore pingentur. At si quis Sardonyches interpretari malit, nigredo sit in imo, candor in medio, rubor in summo, iuxta D. Augustinum in Psalmum 86.

(y) 5